



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

8. De Epistola ad Missam legenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

Diabolum per dei iudicium, vt aufugiat, increpamus. Omnes autem astantes iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem, in signum confirmationis, Amen, Amen oratione nū confirmatio. 5 subiungere debent, vt communem orationem, quam sacerdos pro omnibus Domino libauit, confirment. Vnde & in ipsa secreta, Per omnia sæcula sæculorum, altiùs dicit, vt præmissa oratio per, Amen, si oratio scilicet in tribus gradibus confirmatio. 10 à populo possit confirmari.

*De Epistola, ad Missam legenda,*

CAP. VIII.

SOLIS subdiaconibus <sup>1</sup> inferioris inter inferiores gradus 15 gradus Romana auctoritas cõcedit, vt sacris vestibus induti Epistolam legant ad Missam. Quod tamen non ex eorum consecratione, sed potius ex ecclesiastica concessione meruerunt obtinere. Vnde & Nam proprium & Lectoris officium Lektionen legere in ecclesia. 20 rationabilius esse videtur, vt ipse sacerdos sibi epistolam legat, quam vt aliquẽ nondũ ordinatum sibi asciscat ad legendum. Nam beatus Hormisdã à sancto Petro 2 quartus 25 quinquagesimus <sup>3</sup> tertius Papa, capitulo tertio illum deponit, quicumque non ordinatus officium ordinati vsurpauerit: quod vtique non ex consecratione, nec





*pulpito**— ubi dicitur  
— autem dicitur**Sine vestibus sa-  
cris ministeriū  
altaris fieri non  
potest.*

ex ecclesiastica consuetudine vnquā pro-  
meruit. Canones etiā alios nisi ad hoc or-  
dinatos in ecclesia legere, vel in publico  
psallere, vel Alleluia dicere, vel alicubi  
exorcizare, in diuersis Cōcilijs prohibue-  
re. Nihil autem obstat, quin sacerdos infe-  
riorum ordinū officia, si necesse fuerit, ex-  
pleat: quem & omnes inferiores obtine-  
re cōstat, qui & in Missa sacris vestibus est  
indutus, sine quibus iuxta Romanū or-  
dinem ministrare non debemus. Vnde &  
congruentiū ipse sibi officiū subdiaconi  
representat, quā quemlibet inordina-  
tum, nec sacris vestibus indutum hoc ex-  
plere permittat.

*De Euangelio [in qua parte sit legendum.]*

## CAP. IX.

DIACONI quoque officium in Missa  
nihilominus & ipse conuenientius ex-  
plebit, quā alij qui sacris vestibus non  
fuerit indutus. Nam etiam diaconus tē-  
pore oblationis & lectionis Alba indutus  
esse debet, iuxta quadragesimum primū  
Carthaginensis Concilij quarti capitulū,  
cui sanctus Augustinus, imò ducenti, se-  
ptem